

Nos tot insignia miracula declararentur, quæ ipse Creator per Sanctos suos operatus est ab exordio mundi, imo operabitur usque in finem, nisi fides eorum operibus decorata talentum sibi creditum cum fenoris usura Creatori suo reddere decrevisset, nam scriptum est, *dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes*: unde si quis quod in Creatore suo ejus miseratione disponente accepit, disperteri, ut prudens servus, evigilet, ejusque familiæ donaria quæ sibi concesa non negligat, quam Christus fidelium vita probatur. Nam Dominus monet dicens: *Date & dabitur vobis*: qua de causa offerimus & donamus sacrosancto altari Beatissimæ Virginis Mariæ, et Tibi Patri nostro Osmundo Episcopo, quia totiens circunspeximus in circuitu Ecclesiae vestræ intus murum Civitatis, & vidimus & condoluimus esse inermes absque domos & habitatores, quod etiam maxima pars Clericorum conversabantur foro more laicorum. Unde constituiimus, ut omnes] Clericos qui in solo Sanctæ Mariæ supradictæ Sedis populaverint, & ibi confugium fecerint, admonemus, & admonendo præcipimus, eos esse liberos ab omni fece servitutis, tam ex parte Regia, quam etiam Fiscalia Episcoporum. Idecirco omnino aufero à vobis Clericis supradictæ Sedis Nuntium, Magnieram, Fossatia, Raußum, homicidium, parricidium, poena calida, pausatarias invitatas, tam ex parte Regia, quam Episcopalia. Et scurro fixi vestræ januæ non valeant introire, nec in vita, nec post mortem. Et etiam litem, quia servi Christi non debent litigare. Post discessum vero vestrum, tam casas cum patrimonio vestro, & omnes facultates vestras distribuite in pauperibus, & in Ecclesiis, & relinquite cui volueritis, tam consanguinitati vestræ, quam etiam aliæ genti liberum arbitrium sit vestrum. Sed sicut superius dixi, ita dico & concedo, ut scurro fixi cujuslibet non sit ausus introire vestris domibus ullis diebus, ullisque temporibus pro nulla calumnia. Sed si impidente Diabolo ab aliquis iniquus Episcopus præoccupati fueritis quod non vellet dispertiri, ut prudens servus, ecclesiasticos honores in vobis, licentiam habeatis circumdare vestram utilitatem, & honorem, unusquis-

quisque prout libuerit, sed tantuimmodo obedite Præsuli vestro hoc verbo ave. Adjicimus etiam, ut omnes Clericos qui ab eo fuerint honorati Archidiaconos, tam etiam qui Abbatias vel magnos honores tenuerint, & ad mortem venerint, ubique Episcopus fuerit, invitent eum: statim Episcopus veniat, visitet eum, atque omne obsequium, ut mos est infirmis, faciat ei. Post obitum vero suum, Mulum, vel Mulam, vel Equum, vel Cifum⁽¹⁾ argenteum det suo Episcopo. De facultates quas habuerit de Monasterio, quod tenet mobiles, media pars relinquat Monasterio, media pars tribuat cui voluerit. Igitur ego Adephonsus supradictus Princeps hanc meam cartam delibera-
tioni firmissima estipulatione subnixam Regali ma-
nu insignitam, necnon & Imperiali sigillo decoratam in qua
hæc edita omnibus aperiuntur, & hanc meam devotionem,
tam Nos quam utilitatem & honorem vestrum,
& vestri altaris requisitis in perpetuum permanere curavi-
mus. Quod si quisquam vel cuiuspiam hanc nostram de-
votionem quod nos disposuimus, tam pro animæ meæ,
quam etiam pro animæ parentum meorum, vel omnium
fidelium defunctorum, in aliquo voluerit convellere, vel
hujus nostri decreti, vel testamenti infringere tenorem,
sit anathema in conspectu Dei Patris Omnipotentis, & Fi-
lli, & Spiritus Sancti. Sit etiam in conspectu Angelorum
ejus & Martyrum anathema maranata, id est, duplice con-
fusione damnatus, ut de hoc sæculo sicut Datam & Abi-
ron, vivus terræ obsorbeatur, tartaræas poenas cum Juda
Domini proditore perferat cruciatu in æterna damnatione,
& in Fisco Regali pariat post partem voci vestræ quinque
millia talenta ex purissimo auro. Et hunc nostrum do-
num, & factum, sit stabile & firmum per cuncta sæcula.
Amen. Facta Scriptura Testamenti VII. Kalendas Madii
Era CXXV. prius peracta millesima. Adephonsus gratia
Dei Princeps in hunc tenorem concessionis quem fieri elegi,
& relegentem cognovi, roborem inixi, atque signavi. Im-
perator Adephonsus = Constantia Regina conf. = Remundus

Co-

(1) Cifum id est Scyphum, vas argenteum.

Comes conf. ≡ Sub Christi nomine Ego Osmundus gratia Dei Asturicensis Episcopus in honorem Dei hunc textum testamenti meis precibus scriptum atque roboratum Regali manu, ad libertatem & utilitatem clericorum meorum canonicorum confirmo & corroboro. ≡ Sub Christi Imperio Raimundus Palentinæ Sedis Episcopus conf. ≡ Sub Dei auxilio Petrus Legionensis Sedis Episcopus conf. ≡ Sub Dei virtute Petrus Lucensis Sedis Episcopus conf. ≡ Pelagio Romaniz Abbas Sancti Petri Montis conf. ≡ Justus Abbas Espinarensis Ecclesiæ conf. ≡ Petrus Ansuriz Comes conf. ≡ Froyla Didaz Comes conf. ≡ Martinus Flainiz Comes conf. ≡ Sancius Comes confirmat. ≡ Gomez Gundisalviz Armiger Regis conf. ≡ Omnes Magnati Curiae Regis conf. ≡ Pelagius Archidiaconus ejusdem Sedis confir. ≡ Salvator Archidiaconus conf. ≡ Joannes Archidiaconus conf. ≡ Stephanus Diaconus conf. ≡ Martinus testis. ≡ Stephanus testis. ≡ Petrus testis. ≡ Martinus Fernandiz sacerdos scripsit.

XXII.

OSMUNDI EPISCOPI ASTORICENSIS

*Epistola**AD IDAM Comitissam Bononiensem.*

OSMUNDUS, Dei gratia Astoricensis Episcopus, IDÆ nobili Boloniensi Comitisæ salutem in Christo. Quoniam tua summa prudentia investigare, insuper invenire desiderat, qualiter civitas Astorica reliquias tantas capillorum Sanctæ MARIÆ Dei genitricis habuerit, & unde invenerit, sanctæ petitioni tuæ & investigationi piissimæ satage-
re, (*) prout in sententiis librorum nostrorum invenimus, sub brevitate decrevimus. Invenimus namque, quod per-
secutione gentilium urgente Hierosolymam septem disci-
puli, TORQUATUS & ISCIUS cum ceteris quinque, His-
paniam navigarent, deferentes eas & alias quam plurimas usque Toletam pervenerunt. Rex verò Hispaniæ & omnis populus ejus honorificè suscepérunt eas: & in magna re-

(*) *Melius* satisfacere.

verentia lati eas , sicuti decebat , habuerunt . Cumque iterum gens Saracenorum Hispania perurgeret , Episcopi & omnes viri religiosi ad nostras Alpes , videlicet Astoricenses , quæ ab Astorica habent nomen , confugere , & quidquid præcipuum ducebant , asportaverunt , & in Civitate nostra Astorica atque Oveto omnia reconderunt . Nos vero posteri sic eas habentes , & præcepto nostri Regis , videlicet ADEFONSI , non obiantes , misimus vobis de melioribus & dignioribus magnam partem , obsecrantes ut sitis memoratrix Astoricensis Ecclesiæ . Valete . Ego vero ADEFONSUS Rex hanc Cartam vidi & legi , & quæcumque in ea scripta sunt , propria manu confirmavi . *Mabillon Veter. Analect. pag. 433. novissimæ editionis in fol. al Tom. I. pag. 287.*

XXIII.

*Pelagii Asturicensis Episcopi donationes in gratiam novæ fabricæ
Cathedralis. Era 1155.*

Anno 1117.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis , Patris & Filii , videlicet & Spiritus Sancti , cuius Regnum & Imperium sine fine permanet per infinita sæculorum sæcula . Cum coheredes suos Dominus noster ad cælestem Jerusalēm quæ peccatis nostris exigentibus , tot ac tantis tribulationibus afflcta , præfatam Jerusalem pro nobis interpellat , Pelagius Dei opitulante gratia Astoricensis Episcopus , una cum consensu & voluntate omnium Canonicorum meorum , egregio labore Baselicæ illius Beatae Mariæ Virginis pro remedio animæ nobilissimi ac sanctissimi Regis Domni Adefonsi , & uxoris ejus Constantiæ Reginæ , qui Ecclesiam illam fundare ab initio jussérunt , etiam & pro nobis , atque pro omnibus fidelibus defunctis , de propriis adquisitionibus , vel comparationibus meis (usque quo supradictum opus illius Ecclesiæ compleatur) hereditario jure traddo hæc omnia , & dum finitum fuerit opus illius Ecclesiæ unaquæque hæreditas revertatur ad proprium locum . Quorum nomina hæc sunt : id est , in Bergido lo-

co cognito Ozola, hereditatem quæ fuit de Domna Mayor Godestez, & aliam in eodenâ loco, quam ego legitimo pretio emi de Suprino ejus Ordonio Eriz, & illic idem aliam hereditatem quam Domna Gontina dederat Ecclesiæ Sanctæ Crucis Astoricense Civitatis, & ego commutavi aliam hereditatem in Castrello pro ea. In territorio Astoricensis Civitatis, & ripam fluminis Rio Torto aliam hereditatem quæ fuit de Domna Mayor in Villa dicta Sancto Felice, & in ipso ribulo discurrente in loco dicto S. Pelagii hereditatem propriam S. Mariæ & aliam S. Leocadiæ, quam ego petivi Archidiacono Domno Pelagio. In Villa seca hereditatem quæ est de Sancto Martino de Torres, & dedi ego aliam in Bandonadio pro ea. Et in Sauto aliam hereditatem propriam S. Mariæ cum aliis adjunctionibus nostrorum Monasteriorum. Addo etiam adhuc, ut de omni Archidiaconatu Archidiaconi nostri Domni Salvatoris, excepto Lampreana, totam illam partem quam mihi accidere debet, labori isto confirmo, salva tertia parte Canonicorum, & decimam Archidiaconi. Omnia hæc super scripta offero sacrosancto labori Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ut omnes homines in ea laborantes habeant in præsenti sæculo temporale subsidium, & nos omnes in futuro cum Angelis apud Deum coeleste præmium. Quod si casu accidente, quod fieri minime credo, aliquis homo contra hunc factum nostrum ad irrumpendum venerit, quisquis fuerit qui talia commitere quæsierit, segregatus à corpore & sanguine Domini æquali cum Juda participetur poena. Et hoc factum nostrum maneat firmum usque ad consumationem laboris illius Ecclesiæ. Facta Scriptura Testamenti 11. Calendarum Junii concurrente Era MCLV. Ego enim Urracha Regina Adefonsi Magni Regis filia hanc scripturam, quam legentem audiui, propria manu confirmo. Ego vero Pelagius gratia Dei Astoricensis Episcopus, hoc quod facere elegi voluntarie confirmo. Pelagius Archidiaconus, conf. = Petrus Archidiaconus conf. = Salvator Archidiaconus, conf. = Robertus Archidiaconus conf. = Petro Deniquiz, conf. = Pelagius Petriz conf. = Joanne Petriz conf. = Xemenio Eriz, conf. = Didado Petriz conf. = Martino Pelagiz conf. =

Petro Petriz Vicarius Episcopi , conf. = Alvar Citiz,
 conf. = Pelagio Arias , conf = Stephano Salvatoriz ,
 conf. =

XXIV.

*Urracha Regina Alphonsi VI. F. solum Templi quondam Paganorum,
 Ecclesiae donat Asturicensi : vasa accipit aurea, & argentea:
 Monasteria , Villasque alienatas , restituit. Era
 1158. an. 1120.*

Sub Dei Patris gratia , & Filii victoria , sub igne Sancti Spiritus refulget doni titulus: hæc fides est Catholica quam celebrat Christicola: qui credit sine dubio regnabit in perpetuo in ipsius Sanctæ Trinitatis nomine. Ego Urracha Regina, Adephonsi Principis filia , amore charitatis succensa , atque fide Christianitatis edocta , quæ per omnia sæcula est diffusa , indesinenter gratias Deo referimus per æterna sæcula. Amen. Etenim in omnibus creaturam nihil durabile cernitur , nisi tantum quod spiritu regitur, quippe nimirum Reges & Principes , quibus hic mundus suo arbitrio dominantur , mortis mole grabantur , nam omnia mortalia morte necessario consequuntur, tunc purior pars cœlestium virtutum divinis particeps efficiuntur, nam nequam apud nos tot insignia miracula declarentur , quæ ipse Creator per Sanctos suos operatus est ab exordio mundi, imo operabitur usque in finem , nisi fides eorum operibus decorata tantum sibi creditum cum fenoris usura creatori suo unusquisque reddatur : nam scriptum est : *Date, & dabitur vobis* , quam Christus Dominus fidelium vita probatur , & hilarem datorem Deus diligit : Idcirco Ego jam suprafata Urracha Regina , vobis Domino & Patri nostro Pelagio Asturicensi Episcopo in honorem Sanctæ Mariæ semper Virginis , & omnium Sanctorum Dei , facio Kartulam donationis firmissima stipulatione subnixam , regali manu insignitam , necnon & Imperiali sigillo decoratam , in qua hæc edita omnibus aperiuntur. Igitur dono, atque concedo vobis per remedium animæ meæ , & animæ parentum meorum , seu omnium fidelium defunctorum in

Astoricā solo, quem mihi petistis, quod ab antiquis fuit locus Paganorum orationis quindecim titulum jure notati, quos modo nuncupant Cancer antiquus, & ut putamus, fuit Templum Paganorum: damus vobis ipso solo, & ad Sanctæ Mariæ semper Virginis, & ad ipse Reliquæ quæ in hac baselica sunt reconditæ hereditario jure, & dislimitamus eum, & separamus ab alio nostro solo, & disponimus terminos inter Nos, & Vos, quinque cupos Civitatis, & vadit per ipsa platea, quæ est juxta ipso solo, quæ est de Sancti Vincentii directa via, quæ discurrit ad portam Sancti Michaelis, & exinde regreditur ad varrio Sancti Aciscli, & exinde, directo tramite, per platem quæ superius resonat; discurrente ad ipso postico majore subtus casas de Petro Garcia de Posatella, & in medio, ex utraque parte, stat illum Palatum antiquum, quem Cives Civitatis ipsius vocitatur Carzer, ex utraque parte, via quæ discurrit ad portam Regis: hæc divisio infrascripta in honorem Sanctæ Crucis, atque omnium Sanctorum Ego condono post partem Sanctæ Mariæ, ut si ibi fuit simulacra dæmoniorum, Vos ad laudem Christi Domini nostri eum ædificetis, & omnes habitantes hodie infra istos terminos, vel etiam qui venerint, condonatum fuerit tam de me, quam de omnibus homines salvum & incolumen serviat Sedi Sanctæ Mariæ. Idcirco adjicio, omnia Monasteria & hereditatibus, quæ injuste perdiderunt vestri antecessores in diebus avi mei Domini Regis Fredenandi, & Santia Regiae aviae meæ, quia idcirco dignum videtur si injuste perdidistis, quod juste recuperetis; & est nomina illius, unum Sancti Cosme & Damiani de Nuëtoso cum adinventionibus suis ab integro: alter, Sancti Petri de Forcellas, quæ jacet in ribeira, cum adinventionibus suis ab integro: in territorio Astoricensi, Villas prænominatas Castrello de Aleli ab integro: Valde Rege ab integro cum suas jugarias: Ilzinito ab integro cum suas jugarias: Matancia ab integro cum suas jugarias. Sicut supradixi, ita confirmo regali manu per remedium animæ meæ, & pro animabus parentis mei D. mei Regis Adephonsi, & genitricis meæ Domnae Constantiæ Reginæ, nec non

non & avorum meorum, offero ad ipsum Sanctum locum Sanctæ Mariæ genitricis Domini nostri Christi, & Sanctæ Marthæ, & omnium Sanctorum Dei, quæ in hac baselica sunt reconditæ: & accepi de ipsa Ecclesia vasa argentea, & aurea apreciata ad duo millia & octuaginta & tres solidorum moneta medietate in roboratione. Quod si quisquam vel cuiuspiam tam magnus, quam humilis, tam Regia quam potens, quam nobilis vel ignobilis, quam quisquam fuerit, qui hanc meam devotionem infringere, vel inmundicare temptaverit, in primis auferat Dominus Noster Christus memoriam illius de corde ejus, & sit anathema in conspectu Dei Patris Omnipotentis, & Filii & Spiritus Sancti: sit etiam in conspectu Angelorum ejus & Martyrum anathema marenatha, id est, dupli confusione damnatus, & in hoc sæculo vivus obsorbeatur, sicut Datam & Abiron, terræ, & in hoc sæculo careat visu oculorum suorum & semper lugeat poenas in inferno cum diabolo & Angelis ejus in æterna damnatione, & pro damno temporali pareat quindecim libras ex purissimo auro à Domino qui Præsulem fuerit in ipso sancto loco, & hunc donum meum sit stabilitum & firmum ævo perhenni in sæcula cuncta. Amen. Facta series testamenti quotum quod fuit XVI. Kalendas Madii Era CLVIII. post acta millesima: Urracha Regina Adephonsi Imperatoris filia hunc tenorem concessionis quem fieri elegi, & relegentem cognovi, roborem injeci, atque signavi. Adephonsus Rex prolis Urrachæ Reginæ confirmat. Sancia Infans filia ipsius Reginæ confirmat. Domna Infans Celoira Soror Reginæ confirmat. Sub Christi nomine Didacus Legionensis Episcopus conf: Sub Dei nomine auxilio Pelagi Ovetensis Episcopus conf: Sub Dei gratia Petrus Segoviensis Episcopus conf: Sub Dei virtute Pelagi Astoricensis Episcopus conf: Petrus Archidiaconus conf: Rubertus Archidiaconus conf: Petrus Archidiaconus conf: Suario Comes conf: Comes Fredenandus conf: Comes Rodericus conf: Sesnandus Astrariz conf: Ramirus Froilatii conf: Petrus Domenquiz conf: Joannes Petriz conf: Petrus Petri conf: Petrus Ramiriz notuit.

XXV.

Alphonsus VII. miracula que Deus in Templo Sanctæ Marthæ de Tera operabatur, refert, & à Ferdinando I. donata confirmat. Era 1167. an. 1129.

In nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ unitatis Patris & Filii, videlicet & Spiritus Sancti, eligens quod bonum est, & reprobans, quod malum est, qui in unitate & Trinitate perfecta, unus manens in Trinitate, & sine fine consistens, Trinus in unitate, verus Deus & æternus, & immortalis atque invisibilis, regnans per numquam finienda sæculorum sæcula. Amen. Sub ipsius imperio, & Beatissimæ Marthæ Virginis, & illius Matris auxilio, necnon & omnium Sanctorum quorum Reliquiae reconditæ manent in Ecclesia quæ fundata est juxta rivulum qui dicitur *Tera*, Ego exiguis Famulus Dei Rex Adefonsus, nepos Adefonsi totius Hispaniæ Imperatoris beatæ memoriæ, qui fuit defensor Ecclesiarum, consolator viuduarum, gubernator orphanorum, protector Clericorum, potens bellator, debellans acies Barbarorum, & destruens agmina Sarracenorum, in illius benedictæ & gloriosæ recordationis Regno, Ego jam supradictus nominatus Rex Adefonsus, ejus prolis, & noviter armatus, magna infirmitate detentus, audiens magna miracula, & multas virtutes quas Deus fecit, necnon & facit per Virginem & Martyrem suam Beatissimam Martham, quod in Ecclesia sua reddit Dominus cæcis vissum, surdis auditum, claudicantibus gressum, mancos curat, infirmos sanat, leprosos mundat, dæmones ab oppressis corporibus fugat, & etiam ligatos à vinculis ferreis ubicumque fuerint ligati liberat: Ego Rex Adefonsus jam saepedictus, graviter & nimis infirmus, ista miracula, & virtutes, quæ ibi fiunt cognoscens, & ultimum diem judicii valde timens, in quo iudicio Dominus noster Jesus Christus venturus est reddere justis & peccatoribus secundum opera sua, dicturus est impiis: *Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolus & angelis ejus ab initio sæculi.* Væ illis omnibus qui

cum

cum diabolo habebunt mansionem, erit incendium tormentorum suorum in sæcula sæculorum. Ut ego possim istas terribiles peñas evadere, & cum benedictis ad dexteram Dei stare & illam gloriosam vocem Domini audire: *Venite benedicti patris mei possidete Regnum preparatum vobis à constitutione mundi* (O quam felices erunt illi qui vocem istam Domini meruerint audire, Regnum æternum possidere !) quod ego infelix & nimis peccator merear illam vocem Domini audire, & Regnum æternum possidere, una cum consensu & voluntate Comitis Domni Fredenandi, & cum consensu Magnatorum Palatii mei pro anima mea & remissione peccatorum meorum, necnon & parentum meorum, offero parva pro magnis, transitoria pro æternis. Offero & concedo Beatissimæ Marthæ Virgini, & omnibus Sanctis qui in Ecclesia sua venerantur, & Tibi Abbatи Domno Joanni cum Canonicis tuis, qui sub gratia Venerabilis Patris Domni Alonis Asturicensis Ecclesiæ Monasteriorum illud tenes, offero & confirmo, atque concedo omnia quæcumque sunt, sive de Rengalengo, sive de Comdado, sive magna, sive parva, infra cautos quos proavus meus possuit Rex Fredenandus, beatæ memoriae, id est, per cautos de termino de Vitriales, per illam veredam quæ discurrit de Castro Ferronio, & ad Carvalio, & quomodo venit per illam carralem, quæ venit de ipsa vereda ad Sancti Pelagi de Armentario Flainiz, & deinde ad Carrale de Comdesa, & tornat inde per ipsam veredam quæ discurrit ad Villa Aceif, & deinde per terminum de Axarifes, & includit in ipsa vereda. Et non prætermitto nullo omnino qui in istos terminos vel cautos disturbancem faciat, nec in magno, nec in modico pro nullo reatu vel naufragio. Quod si aliquis homo fuerit qui talia commisserit, vel eos infringerit, à parte Monasterii, vel qui vocis suæ pulsaverit, sive à parte Regis, qui ipsa terra impavererit, ex purissimo auro quingentos morabitinos componat, & sit anathema marenatus, id est, duplice damnatione confusus, & sit excommunicatus, & à fide Christi separatus, & cum Juda traditore Domini lugeat poenas in æterna damnatione. Et hunc factum meum sit stabile

ævo perhenni , & sæcula cuncta Amen. Facta Cartula Testamenti hujus die & quotum quod X. Calendas Julias Era MCLXVII. (*) Ego Rex Adefonsus totius Hispaniæ Imperator hunc tenorem concessionis quem facere jussi , manu mea roboravi & confirmavi. Loco signi. ☧ Sub Christi nomine Ego Rex Adefonsus conf. ≡ In nomine Trinitatis Ego Alo Dei nutu Astoricensis Episcopus , conf. ≡ Sub Imperio Divinæ Majestatis Comes Dominus Fredenandus conf. ≡ Gueda Mendiz , conf. ≡ Odoario Guedaz , conf. ≡ Godino Luz , conf. ≡ Anaia Citiz , conf. ≡ Petro Didaz , conf. ≡ Martino Anaiaz , conf. ≡ Pelagio Moniz , conf. ≡ Petrus Obequiz , conf. ≡ Petrus Telliz Presbyter , conf. ≡ Pelagi Petriz Presbyter , conf. ≡ Fernando Fernandi Presbyter , conf. ≡ Santius Presbyter natus , conf. ≡

XXVI.

Confirmatio eorum que Urraca Regina , & ejus F. Alfonso VII. Ecclesiæ concessere Asturicensi. Era 1174. an. 1136.

Sub Dei nomine , & ejus gratia , Ego Adephonsus nutu Dei Hispaniæ Imperator , una cum conjugé mea Imperatrice Domna Berengaria , grato animo & voluntate mea spontanea , nemine cogente , facio Kartam firmam & stabilem Deo , & Sanctæ Mariæ cujus Ecclesia fundatur in Asturica , & vobis Domno Roberto Asturicensis Ecclesiæ Episcopo , & dono vobis & concedo illas Villas quas mater mea D. Urraca totius Hispaniæ Regina (scilicet : Castello : Valde Rey : Matanza , & Encinedo) Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Asturica pro animæ suæ , & peccatorum suorum redemptione donavit , & concessit. Præterea dono & confirmo vobis illas Villas videlicet : Pozola : Vilar de Rey : Monfrontin : Prato de Rey : Villa de Sab : quas Ego in tempore Domni Alonis Astoricensis Episcopi Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Asturica pro Dei amore & peccatorum meorum redemptione donavi & concessi. Dono etiam & concedo vobis & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Asturica illud Monasterium Sancti Cosmæ & Damiani de Nuctoso cum omnibus appendiciis & pertinentiis suis , quod mater mea

H h

præ-

(*) Forte 1166. scriptum in originali : anno 1128.

præfata Regina dedit & concessit iam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Asturica, has Villas superius nominatas, cum omnibus terminis & intrantibus & exitibus suis, cum montibus & vallibus, cum aquis & fontibus, cum terris & vineis, cum pratis & pascuis, & molendinis, & cum omnibus quocumque loco fuerint pertinentiis dono & concesso Asturicensi Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & vobis D. Roberto ejusdem Ecclesiæ Episcopo, tali tenore, scilicet ut illas vos & successores vestri libere & ingenue jure possideatis hereditario. Si quis vero de meo genere vel alicino hoc meum factum ausu disrumperit nefario, sit à Deo & Sanctis ejus maledictus, & in inferno cum Juda proditore, qui Dominum & Magistrum suum tradidit, perpetuae damnationi subjectus, & si de prædictis hereditatibus violenter & iniuste aliquid prendidebit, prædictæ Ecclesiæ & ejusdem Episcopo in duplum, & simili loco reddat, & peccet Imperatori centum libras auri purissimi. Facta Karta & roborata in Burgis VI. Nonas Octobris, Era MCLXXIII. Guidone Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinali & Legato, eo tempore in Burgis Concilium celebrante, & Adephonso Imperatore imperante in Toledo, & Legione, in Saragoza, in Navarra, Castella, & Galicia: Ego Adephonsus Imperator hanc Kartam jussi fieri, & factam, manu mea roboravi & confirmavi in anno secundo, quo Coronam Imperii primitus in Legione recepi. Domina Sancia Infans Imperatoris germana confirmat. = Domna Elvira Infans Imperatoris amita conf. = Guido Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Legatus conf. = Didacus Compostellanus Archiepiscopus conf. = Petrus Legionensis Episcopus conf. = Petrus Palentinus Episcopus conf. = Petrus Secoviensis Episcopus conf: Berengarius Salmanticus conf: Comes Rodericus Gonsalvez conf: Comes Rodericus Martiniz conf: Comes Rodericus Gomez conf: Comes Gonsalvus Pelaiz conf: Comes Ar-mengolth de Urgel conf: Comes Lop Diez conf: Guter Ferrandez Majordomus conf: Almarricus Alferiz conf: Rodericus Ferrandiz conf: Lop Lopez conf: Ramirus Florez conf: Poncius de Cabrera conf: Ferrandus Guterrez Merinus in Legione conf: Diego Monioz Merinus in Carrione conf: Michael Feliz Merinus in Burgis conf: Guter Erez conf.

conf: Ordonio Ordonniz conf: Pelagius Captivus conf:
 Martinus testis: Joannes testis: Petrus testis = Geraldus
 scripsit hanc Kartam jusu Magistri Hugonis eo tempore
 cancellarii Imperatoris.

XXVII.

*Concordia ab Imperatore & Archiepiscopo Toletano stabilita super
 controversiam de Parochiis inter Arnaldum, Asturicensem,
 & Martinum Auriensem, Episcopos.*

Era 1188. an. 1150.

Adephonsus Dei gratia Hispanæ Imperator, & Raymundus Toletanae Sedis Archiepiscopus, & Hispaniarum Primas, cui commissum erat à D. Papa Eugenio III. controversiam, quæ erat inter A. Asturicensem, & M. Auriensem Episcopos super Tibres & Caldelas, & Roureda, consilio B. Salmanticensis, & S. Zamorensis, & M. Ovetensis Episcoporum, & D. R. Consulis, qui terras illas tenebat, & P. Consulis Majorisdomus Imperatoris, & multorum bonorum virorum qui aderant, sic terminaverunt, scilicet: ut Auriensis Episcopus totas Caldelas, sicut rivus Naviolæ discurrit in Silum, jure Episcopali possideat in perpetuum, scelta Ecclesia Sancti Joannis de Camba cum Malburgeth, & Capella sua, quæ est ibi, & cum tota parrochia sua, quæ est hereditas & possessio Asturicensis Ecclesiae: & exceptis his duabus Ecclesiis cum suis parochiis Sancto Petro de Caldelas, & Sancto Petro de Naviola, quas Ecclesiæ cum suis parochiis Episcopus Asturicensis jure Episcopali in perpetuum possideat, simul cum totis Tibris & Roureda; tali tamen tenore, ne altera alteram super hoc deinceps inquietet Ecclesiam, nec suos recipiat interdictos. Quicunque igitur hanc pacis confirmationem inter utramque Ecclesiam infringere temptaverit, sit anathema, & Romanæ Curiæ reus, & insuper Regiæ parti pectet quingentas marcas argenti. Facta Karta Era M C L X X X V I I I . VIII. Kalendas Februarii, tertio anno post captionem Baecie, & Almarie, regnante Domno A. Imperatore in Legione, & Toleto, & Gallecia, & Castella, & in tota Hispania imperante cum filiis suis Santio atque Fernando. Ego Adephonsus totius Hispaniae Imperator hanc confirmationem pacis inter utramque Ecclesiam propria manu roboro,

atque confirmo. Hæc Karta conventionis & pactionis facta fuit apud Zamoram, & confirmata fuit apud Palentiam. Ego R. gratia Dei Toletanæ Sedis Archiepiscopus confirmo: Ego R. Palentinæ Sedis Episcopus conf: Ego M. supradictus Ovetensis Sedis Episcopus conf: Ego M. Auriensis Episcopus conf: Ego B. Salmantinus Episcopus conf: Ego J. Secoviensis Episcopus conf: Ego A. Asturicensis Episcopus conf: Ego S. Zemorensis Episcopus confirmo. = Fernandus Archidiaconus & Prior = Arias Cantor = Archidiaconus Nunnus Pelaiz = Archidiaconus Nunnus Suariz = Archidiaconus J. = Pelagius Calvus Sacrista = Ego Forto Capellanus D. R. Toletani Archiepiscopi & Hispaniarum Primatis propria manu mea scripsi Kartam istam.

XXVIII.

Monasterii Sancti Martini de Castanearia libertas ab Episcopo Petro Christiano, & Capitulo Asturicensi.

Era 1192 ann. 1154. corroborata

Ex originali Scriptura in archivio ipsius Monasterii.

In nomine Domini nostri Jesu-Christi. Notum sit omnibus tam posteris, quam presentibus, quod Adefonsus Dei gratia Hispaniae Imperator mihi Petro, cognomento Christiano, Monacho, annuente Domino Arnaldo Asturicensi Episcopo Monasterium Sancti Martini de Castinaria, quod est in Sanabria possitum inter lacum, & montem qui dicitur Sispiciacum cum antiqua dignitatis suæ libertate contradidit. Libertas autem talis fuisse dinoscitur à Sanctis Patribus confirmata, à majoribus posteris tradita, mihi quoque ab Imperatore concessa. In ordinando Abbatem sive eligendo secundum Regulam Beati Benedicti liberam habet electionem: in eodem benedicendo, absolutam consecrationem. Ad Sinodum sive Concilium venire non angariatur (1) Cessantibus etiam ceteris Ecclesiis in universo Episcopatu à divino officio, cessare non cogitur. Nulla illi temporalis commodi exactio à quoquam imponitur, nec in decimis, nec in primitiis, aut tertiiis, seu prourationibus quæ à ceteris Ecclesiis Episcopo vel Archidiaconis moris est exhiberi. Hanc igitur libertatem ut in perpetuum firma &

il-

(1) Angariatur, id est, non compellitur.

illibata permaneat, ego Petrus Dei gratia Astoricensis Episcopus cum consensu Capituli nostri praesenti scripto corroboro. Si qua ergo in posterum Eccles astica, sacerdotali personam hanc memoratæ Ecclesiæ dignitatem aliquatenus violare vel minuere præsumpserit, à Sancta Ecclesia & à Corpore Domini nostri Jesu-Christi & Regno ejus segregatus, nisi velociter resipuerit, æternaliter anathema permaneat, & cum Juda proditore æternas in inferno poenas patiatur: hoc tamen scripto plenam in supradictis obtinente firmatatem. Facto apud Astoricam firmitatis Testamento VI. Kls Februarii Era M.C.L.XXXX.II. Imperante domino Adelpho Imperatore cum Imperatrice domna Richa in Legione, Toleto, Gallæcia, Saragoza, Baecia, & Almaria. Regnante rege Sancio Imperatoris filio in Castella. Rege Fernando ejusdem Imperatoris filio regnante in Gallæcia. Rege Sancio de Navarra, & Comite Raimundo de Barcina Vassalli Imperatoris. Comite domino Poncio Major-domino Imperatoris. Roderico Gonzalviz Majorino Imperatoris in Legione & Coianca. Comite Poncio & Comite Ramiro tenentibus Astoricam. Johanne Dei gratia Toletano Archiepiscopo & Primate. Johanne Dei gratia Bracharensi Archiepiscopo. Johanne Dei gratia Legionensi Episcopo. Martino Dei gratia Ovetensi Episcopo. Johanne Dei gratia Lucensi Episcopo. Stephano Dei gratia Zeinorensi Episcopo. Ego Petrus suprafatus Dei gratia Astoricensis Episcopus hoc firmitatis scriptum quod cum consensu Prioris & Archidiaconorum totiusque nostri Capituli fieri jussi manibus propriis roboro & confirmo ac signum facio. ✕

[Quatuor distinctæ ordinibus subscriptiones: scilicet.]

1 Didacus Carrezedensis Abbas conf. Pelagius Sancti Petri de Montibus Abbas conf. Johannes Sancti Andreæ Spinarensis Abbas conf. Martinus tenens Monasterium Sancti Andreæ de Algodorio conf. Berengarius tenens Monasterium Complutense conf.

2 Pelagius Astoricensis Ecclesiæ Prior tenens Monasterium Sancti Jacobi Pinnæ Albæ conf. Joannes Archidiaconus conf. Matthæus Archidiaconus conf. Gundisalvus Archidiaconus conf. Garsias Cantor conf. Pelagius Magister Scholarum conf.

3 Fernandus Archidiaconus conf. Petrus Archidiaconus conf. Guterius Archidiaconus conf. Arnaldus Sacrista conf. Martinus minor Prior conf.

4 Pelagius minor Cantor conf. Pelagius tenens Sanctam Leocadiam conf. Martinus tenens Sanctum Andream conf. Rostannus tenens Sanctum Cosmam de nocturno conf. W. tenens Monasterium Sancti Dictini conf. Nunnus tenens Ecclesiam Hospitalis de Fonte Fabbaton conf.

Petro testis. Pelagio test. Joannis test. Facundus Canonicus Sanctae Mariae scripsit. *Hi quatuor in fine cujusque ordinis singuli subscribunt. In medio sigillum pendet Episcopi sub hac forma.*



Im-

XXIX.

Imperator Alphonsus VII. Episcopo donat Asturicensi Tertias de Lampreana , & Villafafila.

Era 1192. ann. 1154.

In nomine Domini Amen. Quanto divitiis , & possessionibus abundantius quisque videtur afluere , tanto de his quæ possidet , Deo & veris Dei cultoribus pro salute anime suæ & peccatorum suorum remissione largius debet impendere juxta illud Apostoli : *Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei :* Ea propter Ego Adefonsus Hispaniæ Imperator una cum uxore mea Imperatrice Domna Ricca , & cum filiis meis Santio , & Fernando , pro amore Dei , & pro animabus parentum meorum , & peccatorum meorum remissione facio Kartam Donationis , & Tex-tum firmitatis Deo , & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Astoricensi , & vobis Episcopo Domno Petro , & omnibus ejusdem Ecclesiæ successoribus vestris , ut ab hac die secundum Sanc-tam Canonum institutionem dent vobis *Tertias* de tota terra *Lampreana* , & de *Villafafila* , & hoc facio ut ab hac die habeatis , & possideatis vos , & omnes successores vestri tertiam partem integre omnium decimaruim jure hereditario in perpetuum. Si vero aliquis homo meum factum rum-pere temptaverit , sit maledictus & excommunicatus , & cum Juda traditore Domini in inferno damnatus , & peccet et Regiæ parti mille morabetinos. Facta Karta in Salmantica Era M. C. L. X. II. & quotum VII. Idus Januarij impe-rante ipso Adefonso Imperatore , Toleti , Legione , Galle-cia , Castella , Najara , Saragocia , Baezia , & Almaria , Comes Barchiloniæ , & Santius Rex Navarræ , Vasalli Imperatoris. Ego Adefonsus Imperator Hispaniæ hanc Kartam quam fieri jusi , manu mea roboro : Rex Santius filius Imperatoris conf: Rex Fernandus filius Imperatoris conf. Comes Almanricus tenens Baeziam conf: Comes Fernandus Ga-llecia conf= Ermegaudus Comes Urgelli conf. = Comes Pontius Maiordomus Imperatoris conf. = Guter Fernan-diz conf. = Comes Ranemirus Froilaz conf. = Garcia Gar-ciaz de Aza conf. = Comes Petrus Adephonsus conf. =

Nunnus Petriz Alferiz Imperatoris conf. = Alvarus Rudriguez conf. = Joannes Tolctanus Archiepiscopus & Hispaniae Primas conf. = Pelagius Beati Jacobi electus conf. = Vincentius Secobiensis Episcopus conf. = Martinus Aurensis Episcopus conf. = Enigus Abilensis Episcopus conf. = Martinus Ovetensis Episcopus conf. = Joannes Oxomensis Episcopus conf. = Joannes Lucensis Episcopus conf. = Petrus Segontinus Episcopus conf. = Jeannes Legionensis Episcopus conf. = Bictorius Burgensis Episcopus conf. = Raymundo Palentinus Episcopus conf. = Joannes Fernandiz Canonicus Ecclesiæ Beati Jacobi, & Notarius Imperatoris, scripsit.

XXX.

Ferdinandus II. Legionis Rex, Ecclesie Asturicensis Refectorio donat territoriorum Boetiae, & Ecclesiam de Lagonas.

Era 1208. an. 1170.

In nomine Domini nostri Jesu-Christi Amen. Inter cetera quæ Regiam Majestatem decorare videntur summa & præcipua virtus est Sancta loca & religiosas personas diligere & venerari, & eas largis ditare muneribus, atque in prædiis & possessionibus ampliare. Eapropter Ego Dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum Rex, una cum uxore mea Regina Doimna Urraca per scriptum donationis firmissimum in perpetuum valitulum do Deo, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Sedis Asturicensis Refectorio, quidquid juris tam in vineis, quam in pratis, tam in hominibus, quam in terris cultis & incultis, quam etiam in aliis habeo, vel habere debeo in territorio Boetiae, locis certis: in Palatio de Rivo: in Congusto, & in Lampseyros, & in Coberana: in Rodanelo. Et hoc facio pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, & interventu dilecti nostri Domini Fernandi ejusdem Sedis Venerabilis Episcopi, necnon & ut ipsius Ecclesiæ Canonici hujus donationis nostræ bonis ad refectionem suam adjuti singulis annis pro incolmitate personæ, & Regni nostri conservatione in vita nostra sacrificium Deo cum precibus offerant. Post obitum vero nostrum singulis annis una die Anniversario pro anima nos-

nostra perpetuo celebrent. Prædictas itaque hereditates ab integro cum omni jure & voce Regali commemorato Refectorio damus atque captamus per terminos suos, & jure hereditario in perpetuum habendas, concedimus. Addicimus insuper Vobis predicto Episcopo, & Ecclesiæ vestre Ecclesiam de Lagonas cum omnibus suis directuris, ut jure hereditario in perpetuum possideatis vos atque subcessores vestri. Si vero aliquis hoc meum datum vel cautum irrumperet præsumpscerit, iram Dei Omnipotentis, & Regiam indignationem incurrat, & pectet sex mille solidos. Et hoc scriptum semper sit stabile & firmum. Facta Carta in Tauro 15 Calendas Novembris Era MCCVIII. anno ab Incarnatione Domini 1170. regnante Rege Domno Fernando Legione, Extrematura, Galletia, & Asturiis. Ego Dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum Rex hoc scriptum proprio robore confirmo. Petrus Dei gratia Compostellana Ecclesiæ Archiepiscopus conf. = Joannes Legionensis Episcopus. = Gonzalus Ovetensis Episcopus. = Joannes Lucensis Episcopus = Stephanus Zemorensis Episcopus. Petrus Salamantinus Episcopus. = Joannes Mindoniensis Episcopus. = Joannes Tudensis Episcopus. = Dominicus Calabriensis Episcopus. Comes Urgelius Majordomus Regis. = Comes Rodericus dominans in Sarria. = Comes Gomez in Trastamar. = Comes Afonsus in Asturiis. = Ferdinandus Roderici in Legione. = Alvarus Roderici. = Goterus Roderici. = Petrus Roderici. = Garsia Ramiri Signifer Regis. Ego Pelagius Goterri Notarius Regis, per manum Petri de Ponte scripsi, & confirmo.

XXXI.

Privilegium Ferdinandi II. Ecclesiæ Asturicensi anno 1170. concessum, & à S. Ferdinando roboratum Era 1269.

ann. 1231.

Per præsens scriptum tam præsentibus, quam futuris notum sit, ac manifestum, quod ego Fernandus Dei gratia Rex Castellæ, & Toleti, Legionis & Galliciæ inveni Privilegium Abi mei Serenissimi Regis Dompni Fernandi, &

à Patre meo illustrissimo Rege Dopno Alfonso confirmatum, conditum in hunc modum. In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Inter cetera quæ Regiam Majestatem decorare videntur summa & præcipua virtus est Sancta loca & religiosas personas diligere, & venerari, & eas largis ditare munieribus, atque in prædiis, & possessionibus ampliare: hinc est quia Ego Dopnus Ferrandus Hispaniarum Rex, una cum uxore mea Regina Dopna Urraca, per scriptum firmissimum in perpetuum validiturum, do, & delibero Domino & Ecclesiae Sanctæ Marie Sedis Astoricensis, omnem vocem, & characterium, & quidquid juris regalis habemus, vel habere debemus, in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ; & in omnibus pertinentiis suis, videlicet in Toronello, in Nuvenallo, in Verceo, in Masso, in Villamartin, in Villarino, in Langro, & in omnibus aliis locis que ad jus præfatae Ecclesiae pertinent ab hac die, & deinceps libitum, & absolutum, quidquid superius determinavimus prænominata Ecclesia Astoricensi in perpetuum habendum donamus, & jure hereditario concedimus, & Regio munimine cautamus: & hoc totum facimus pro remedio animarum nostrarum, & parentum nostrum, intuitu quoque Magistri Buidonis fidelis nostri, qui nobis in Curia Romana fidele servicium exhibuit. Si quis igitur tam de genere nostro, quam de alieno hoc nostrum voluntarium factum irrumperet tempertaverit, iram Dei Omnipotentis, & Regiam indignationem incurrat, & cum Iuda Domini proditore in inferno sit damnatus, & pro temerario ansu parti Regie & commemorata Sedi centum libras auri persolvat, & quæ invaserit eidem Sedi in quadruplum redditus, & hoc scriptum semper maneat firmum; precepta est autem h.ec Carta fieri apud Allerici, mense Februarii; Era millesima ducentessima octava; & anno quo idem Serenissimus Rex Dopnus Fernandus Regem Portugalem apud Badalloz victoriosissime cepit.

Et Ego siquidem prænominatus Rex Fernandus, una cum uxore mea Beatrice Regina, & cum filiis nostris Alfonso, Frederico Fernando, & Henrico ex assensu, & beneplacito Reginæ Dominæ Berengariæ genitricis meæ, confirmo perpetuo, & concedo Deo, & Ecclesiae Astoricensi, vobisque Domino Nuncio, ejusdem instanti Episcopo, & vestris successoribus, supradictum Privilegium, mandans

dans, & firmiter statuens, quod inviolabiliter observetur, ut hæc meæ confirmationis & concessionis pagina rata, & stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc Cartam infringere, seu in aliquo diminuere præsumpsit, iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat, & Regiæ parti mille aureos in cauto persolvat, & damnum super hoc illatum prædictæ Ecclesiæ restituat duplicatum. Facta Carta apud Vallem Olivetiom secundo die Novembbris, Era millesima ducentessima sexagessima nona. Et Ego supradictus Rex Fernandus regnans in Castella, & Toleto, Legione, & Gallecia, Badalloz, & Baecia, hanc Cartam quam fieri jusi manu propria roboro, & confirmo. Rodericus Toletanæ Sedis Archiepiscopus Hispaniarum Primas conf. Infans Dopnus Alfonsus frater Domini Regis. Bernaldus Compostelanae Sedis Archiepiscopus. Mauricius Burgensis Episcopus. Tellius Palentinus Episcopus. Bernardus Segobiensis Episcopus. Dominicus Abulensis Episcopus. Lupus Segontinus Episcopus. Gonzalus Conchen-sis Episcopus. Joannes Calagurr. Episcopus. Placentina Ecclesia vacat. Joannes Oxomensis electus, Domini Regis Chancellarius. Alvarus Petri. Rodericus Gonzalvi. Garsias Ferrandi. Guillelmus Gonzalvi. Telius Alfonsi. Didacus Martini. Rodericus Roderici. Alfonsus Suarii. Rodericus Legionensis Episcopus. Nunius Asturicensis Episcopus. Michael Lucensis Episcopus. Martinus Zemorensis. Episcopus. Martinus Salamantinus Episcopus. Martinus Min-duniensis Episcopus. Stephanus Tudensis Episcopus. Rodericus Gomez. Rodericus Ferrandi. Ramirus Flores. Didacus Froilaz. Rodericus Froilez. Petrus Pontii. Fernandus Guterriz. Fernandus Juannis. Alvarus Rodrici maior-metus in Castella. Santius Pelagii maior Merinus in Gal-licia. Garsias Rodrici maior Merinus in Legione con-fimat.

XXXII.

Confirmatio & expressio hereditatum Sedis Asturicensis per Alphonsum IX. Era 1226. (an. 1188.) ab Alfonso X. confirmata.

Era MCCXCIII.

an. 1255.

Conozuda cousa sea à todos los homes que esta Carta viren, como you Don Alfonso, por la gracia de Dios Rey de Castella, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilia, de Cordoba, de Murcia, de Jaen, vi Privilegio del Rey Don Alfonso miou Abuelo feycho en esta guisa:

Cum inter cetera quibus Regis impletur officium, seu que Regiam exhortant dignitatem, primum & precipuum est, quod & regnare vere, est Deo servire, & personas religiosas, ac Sancta ejus loca diligere & venerari, & largis beneficiis ampliare, ut temporalia largiens aeterna premia consequatur: idcirco Ego Rex Dominus Adfonsus, una cum matre mea Regina Domna Urracha, per hoc scriptum in perpetuum valitum notum facio presentibus & futuris, quod libero & concedo, ac confirmo Deo, & Ecclesia Sancte Marie de Astorica, & vobis Domino Fernando ejusdem Sedis Episcopo, cum Capitulo vestro & successoribus vestris in sempiternum, omnes donationes, & incartationes, & confirmationes quae eidem Ecclesia, & vobis, & antecessoribus vestris sunt concessae ab omnibus abis meis, parentibus, & etiam à patre meo Domino Fernando prater Villam de Genestatio, quam mihi recipio, de qua etiam vobis & Ecclesia vestra concedo similiter, & confirmo Ecclesiam ipsam cum suis dominibus, casaribus, decimis, & duabus jugariis: & cum hoc quasdam supra memoratarum donationum possessiones in hoc scripto exprimere dignum duxi. In primis Furnum de Villa-franca, Rengalengum de Salas, Pontem de Buyeza cum suis directuris, Rengalengum de Congosto, deinde Regum de Ambroz, cum Hospitali Sancti Joannis de Irago, & cum casa de Molina, Ecclesiam de Campo cum suis directuris; Castellum de Cabrera cum suis directuris: totam Zepedam cum suis directuris: decimam partem de pedagio Asturicense: Beneficiarias de Valle Cavata: Ecclesiam de Laguna, de Nigrellis cum suis directuris. Ecclesiam Sancte Marie de Ripa de Orvego cum suis directuris: Tertias Ecclesiarum de

de Valle Orniæ , Casam quam dedit Pelagius Captivus ad opus
luminaris Ecclesie , Morales , & Moldegues de Valle Viridi cum
suis omnibus directuris : Villam Ceph in ripa de Tera cum cete-
ris aliis, si que prater supranominatas potuerint inveniri. Prae-
tereat aufero de terra vestra Maiorinum & Saionem Regium ,
sicut id à prædecessoribus meis dignoscitur impetrasse. Hoc autem
facio ob remedium animæ meæ , & Patris mei , & Avorum meo-
rum , & quia partem volo habere orationum , & obsequiorum ,
que in prædicta Sede à Christi fidelibus Domino exhibentur. Si
quis igitur tam de meo genere , quam de alio , hoc factum
meum spontaneum voluerit revocare , & hanc Cartam infringere ,
iram Dei omnipotens habeat & Regiam indignationem incurrat ,
& quantum invasserit duplet , & pro temerario ausu Regiæ par-
ti mille morabetinos in pœnam persolvat ; & tandem maledictus &
excommunicatus cum Datam & Abiron sanctuarii Domini infestato-
ribus , & cum Juda Domini proditore pœnas in inferno luat eter-
nas. Facta Carta apud Taurum pridie Calendas Maii sub Era
MCCXXVI. regnante Rege domino Adfonso filio Regis domini
Fernandi , Legione , Galletia , & Extrematura. Ego Rex dominus
Adefonsus hanc Cartam proprio signo & sigillo roboro & confir-
mo. Et you sobre dicho Rey Don Alfonso , regnant en uno
con al Reyna Domna Yolant mi mugier , & con mis hijas la
Infant Domna Berenguela , è la Infant Domna Beatriz , en
Castiella , en Toledo , en Leon , en Galliza , en Sebilia ,
en Cordova , en Murcia , en Jaen , en Baeza , en Bada-
lloz , & en el Algarve , outorgo este Privilegio , è confir-
molo , & mando que vala , asi como valio en tiempo del
Rey Don Fernando mio Padre. Fecha la Carta en Burgos
por mandado del Rey el primer dia de Enero en Era de
MCCXCIII. anos , en el ano que Don Odoarte , filio pri-
mero & heredero del Rey Enrich de Anglaterra , recebio Caba-
lleria en Burgos de el Rey Don Alfonso el sobredicho. Don Al-
fonso de Molina la confirma. Don Frederich la conf. =
D. Enrich la conf. = D. Manuel conf. = D. Fernando
conf. = D. Felip electo de Sibilia conf. = D. Sancho elec-
to de Toledo conf. = D. Juan Arzobispo de Santiago la
conf. = D. Aboabdille , Abenazar Rey de Granada conf. =
D. Mahomat Abennahomat Abenhus Rey de Murcia conf. =
D.

D. Abennahporth Rey de Niebla , Vasallo del Rey, conf. =
 D. Gaston Vizconde de Beart , Vasallo del Rey conf. =
 D. Gui Vizconde de Limoges , Vasallo del Rey la conf. =
 D. Aparicio Obpo de Burgos la conf. = La Iglesia de
 Palencia Vaga = D. Remondo Obpo de Segovia la conf. =
 D. Pedro Obpo de Segonza la conf. = D. Gil Obpo de
 Osma conf. = D. Mathé Obpo de Cuenca conf. = D.
 Beneito Obpo de Abila conf. = D. Aznar Obpo de Ca-
 lahorra conf. = D. Lope electo de Cordoba conf. = D.
 Adan Obpo de Placencia conf. = D. Pasqual Obpo de Jaen
 conf. = D. Frey Pedro Obpo de Cartagena conf. = D. Pe-
 drivanes Maestre de la Orden de Calatrava conf. = D. Nun-
 no Gonzalvez conf. = D. Alfonso Lopez conf. = D. Ro-
 drigo Gonzalvez conf. = D. Simon Roiz conf. = D. Al-
 fonso Tellez conf. = D. Ferrant Roiz de Castro conf. =
 D. Pedro Nunez conf. = D. Nunno Guillemez conf. =
 D. Pedro Gozman conf. = D. Rodrigo Gonzalez el ni-
 ño conf. = D. Rodrigo Alvarez conf. = D. Ferrant Gar-
 cia conf. = D. Alfonso Garcia conf. = D. Diago Gomez
 conf. = D. Gomez Roiz conf. = D. Martin Ferrandez elec-
 to de Leon la conf. = D. Pedro Obpo de Oviedo la
 conf. D. Pedro Obispo de Zamora conf. = D. Pedro Obpo
 de Salamanca la conf. = D. Pedro Obpo de Astorga
 conf. = D. Leonart Obpo de Ciudat conf. = D. Migael
 Obpo de Lugo conf. = D. Juan Obpo de Orens conf. =
 D. Gil Obpo de Tuy conf. = D. Juan Obpo de Mendo-
 nedo conf. = D. Pedro Obpo de Coria conf. = D. Frey
 Robert Obpo de Silves la conf. = D. Pelai Perez Mes-
 tre de la Orden de Santiago conf. = D. Rodrigo Alfonso
 conf. D. Martin Alfonso conf. = D. Rodrigo Gomez
 conf. = D. Rodrigo Frolez conf. = D. Johan Perez conf. =
 D. Ferran Ibanez conf. = D. Martin Gil conf. = D. An-
 drés Pirtiguero de Santiago conf. = D. Gonzalvo Ramí-
 rez conf. = D. Rodrigo Rodriguez conf. = D. Alvar Diaz
 conf. = D. Pelay Perez conf. = Diago Lopez de Salce-
 do , Merino Mayor de Castiella conf. = Garcia Suarez,
 Merino Mayor del Reyno de Murcia conf. = Mestre Fer-
 nando Notario del Rey en Castiella conf. = Rui Lopez
 de

